



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Facti Species Cum solida Remonstratione non
existentis Prætensæ Electionis Serenissimi Principis
Josephi Clementis Bavariæ Ducis junctâ resolutione
diversarum quæstionum pro firmando ...**

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

Lit. I. / Ad Lit. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38262

tiones impedianter, imperfectum & ruinosum summi Templo aedificium ad meliorem & perfectum statum redigatur, Residentia Bonnensis, aliæque Arces omni apparatu mobilium à seculo, & quod excedit Coacervatio, penitus nudatæ revestiantur, subditi oneribus publicis omnido subleventur, Commercia & Telonia resflorescant, redditus Capituli augeantur, ejus membra, ut Consiliarij intimi, in causis arduis consulantur, liberè iis aditus pateat, præcedentia debita remaneat, par omnibus & singulis affectio exhibeat, omnis pompa & sumptus superflui ab aula arceantur, officia juxta merita, & non secundum favores conseruantur, indigenæ juxta capacitatem præ aliis exteris prærogativam habeant, cum vicinis sincera colatur pax & amicitia, statibus privilegia sua & laudabiles consuetudines libatae conserventur, onera ruri sine consensu debito imposita serio prohibeantur, visitationes annuae instituantur, concussiones omnes severè puniantur, & cuilibet impartialis justitia administretur.

Lit. I.

Sin secus nesciri quid Cæsar de Regalibus & Jurisdictione temporali sit statutus, & , quam sit rationem exacturus ab iis, quibus culpa contrarij eventus incumbit. De cætero Majestas sua protectionem & gratiam suam Erga hanc Diœcesin conservabit, Dominusque Legatus servitia sua Dominis Capitularibus parata offert, & hanc causam pro ut exigit

Ad Lit. I.

Si Domini Capitulares easibi quæ dicta sunt, ob oculos ponunt, nec se impressiōnibus sinistris à vero scopo patiuntur diverti, non est dubitandum de Collatione Regalium. Tandem ulteriorem sibi Dominus Cardinalis pro defensione honoris sui si opus fuerit deductionem reservat, & de illatis sibi contumeliis, ac comminationibus libertati suffragiorum con-

Dei

59.

Dei gloria, Cæsaris obser-
trariis, & quæsita hoc modo
rium, Patriæ salus, & secu-
ritas enixè commendat.
sui exclusione solemniter
protestatur.

Adjunctum sub Lit. A.

EXTRACTUS

De punto Amnestiæ Generalis.

Articulus Secundus.

Sit utrumque perpetua oblivio, & amnestia omnium eo-
rum, quæ ab initio horum motuum, quocunque loco
modove ab una vel altera parte, ultrò citrōque hostili-
ter facta sunt, ita ut nec eorum, nec unius alterius rei cau-
sa, vel prætextu, alter alteri posthac quicquam hostilitatis,
aut inimicitiæ, molestiæ vel impedimenti, quo ad perso-
nas, statum, bona vel securitatem, per se vel alios, clàm vel
palam, directè, vel indirectè specie juris vel viâ facti, in im-
perio aut uspiam extra illud, non obstantibus ullis priorib⁹
pactis, in contrarium facientibus, inferat, vel inferri faciat,
aut patiatur, sed omnes & singulæ, hinc indè tam ante bel-
lum, quam in bello, verbis, scriptis, aut factis, illatæ injuriæ,
violentiae, hostilitates, damna expensa, absque omni Per-
sonarum rerumvè respectu, ita penitus abolitæ sint, ut quid-
quido nomine alter adversus alterum prætendere posset,
perpetuâ sit oblivione sepultum.